Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Domine sancte pater ommipotens æterne deus, per impositionem manuum mearum refugiat Sathanus à capillis, à capite, ab oculis, ab auribus, à naribus, à labijs, à lingua, à collo, à pectore, à mamibus, à pedibus, à calcaneis, ab uniuersis compagimbus membrorum suorum, ut non habeat Diabolus potestatem nocendi nec tangendi, nec dormiendi, nec uigilandi, nec resurgendi, nec in die, nec in nocte, nec in somnis, nec in gressu, nec in omnibus operibus suis: In nomine Dni nostri Ihesu Cristi, qui nos suo præcioso sanguine redemit, qui uiuit. etc.

Mando uobis spiritus maligni quotquot estis, authoritate domini nostri Ihesu Cristi, et authoritate domini nostri Ihesu Cristi, et authoritate sanctorum apostolorum Petri et Paulj, et authoritate mihi concessa et qua fungor, ut sitis patientes tanquam ouis uel pullus, ut non possitis inquietare homines, nec hanc famulam .N. sed exite absq; mora, quia quanto tardius exitis, tanto magis uobis supplicium crescit, et eligatis uobis portam, per quam uelitis exire, sed sine omnium læsione tam hominum quàm aliarum creaturarum, sed ite in abyssum siue in desertum, ubi nulla creatura habitat, et amplius non introeatis in uas istud usq; ad consumationem seculi: Amen.